95 od a [?]tatis fratribus suis et quovis impedimento recepta eiusdem tasce qui-
tis cavent et fide iubent atque eidem tum ad annos aetatis pervenerint quam-
libet evictionem ad approbandam eiusdem quietationem statuere submittunt. Sub vadiis
tasce recepte et coram officio praesenti Castrensi Branscen. in primo [?] termino
peremptoria responsione omnibus iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis
etiam de iure concessibilibus se et suos successores [?] abscribendo et abrenun-
ciando. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Piotrowo Troiany — Arenda

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis
Jacobus olim Joannis Piotrowski de Piotrowo Troiany his sanus mente et cor-
pore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Bartholomeo filio Pauli
Piotrowski bona omnia in haereditate Piotrowo Troiany consisten. se recognoscen.
quovis modo concernen. in areis hortis agris pratis campis (exceptis sylvis)
cum omnibus utilibus fructibus attinen. nullis exceptis pro summa duodecim
florenorum poll. in decursu triennij arenda elapsa solvenda ad triennium a-
rendat et in arendam mittit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali
ac pacifica possessione per ministerialem et nobiles duos acceptandam dat et admittit. Pacem quoque
tuitionem et evictionem contra omnes praemissorum ab omnibus personis cavet. Sub
vadio aliorum duodecim florenorum poll. et coram officio praesenti peremptoria respon-
sione omnibus in universum iuris remedijs se et suos successores [?] abscribendo.
Sub amissione sua summarumque successorum [?] causa. Quae quidem bona in ten-
tarius non alio modo nisi iure arendae ad decursum triennij tenebit ulli-
que fruetur. Post expiratum vero arenda eadem bona memorato recognoscenti
in possessionem pacificam libere mittere debebit. Sua recognitione mediante.

Dzierzki — Cessio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis
Gregorius olim Simonis Dzierzek de Dzierzki his sanus mente et corpore exis-
tens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Alberti Dzierzek de Dzier-
zki haeredi et eius legitimis successoribus de omni et integro iure suo seu inscriptione
perpetua coram certis actis authenticis inscripta per eundem Joannem Dzier-
zek sibi recognita super certa bona in haereditate Wojciechowieta Dzierzki
sita [?] successori cum omni vigore potestate eiusdem inscriptionis sue ac
parata intromissione possessione tuitione ac ligamentis in originali inscriptione contentis
demittit. Omne et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam
ipsius et eius successorum transfert et transfundit. Intromissionem illi ex nunc cum pacifica
possessione per ministerialem Regni Generalem et nobiles duos [?] acceptandam dat et admittit.